

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Concordantiae Bibliae et Canonum**

**Pseudo-Johannes**

**[Basel], 31. Januar 1489**

Mattheus

[urn:nbn:de:bsz:31-300297](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300297)

# Mattheus

est omni spe auxilium sibi a dño affu-  
turū sequitur. Singulos autem illoz  
armavit nō clipei ⁊ haste munitione.  
sed sermonibus optimis exposito di-  
gno fide somnio p quos vniuersos le-  
tificauit. Quia q̄ fuerat summ⁹ sacer-  
dos man⁹ ptēdentē orare p omni po-  
pulo iudeoz. post hec apparuisse et  
alij virum etate ⁊ gloria mirabilē re-  
spondentē vō Quia dixisse. hic ē fra-  
trum amator ⁊ populi israel. hic est q̄  
multuz orat p pplo ⁊ vniuersa ciuita-  
te sancta. extēdisse autē Hieremiā de-  
xterā ⁊ dedisse ide gladiū dicētē. Acci-  
cipe sanctū gladiū mun⁹ a deo i quo  
deiciēs aduersarios ppli mei isrl. de  
pe. di. j. c. de⁹ quis. in glo.

Mattheus.

Ca.

.i.

**S**alomō autē genuit Bo-  
os de raab. xxxij. q. j. ca.  
cū ergo. ⁊ vide. viij. q. j.  
c. oli. i. j. glo. Boos atē ge-  
nuit obeh ex ruth. Beth  
autē genuit Jesse. Jesse atē genuit  
dauid regē. Dauid autē rex genuit sa-  
lomonē ex ea q̄ fuit vrie. lvi. di. c. dñs.

Joram autē genuit osiam. j. q. iij. s.  
his ita. in fine.

Judas atē genuit phares ⁊ sarā d̄ tha-  
mar. p. c. dñs. d̄ p̄se. di. iij. c. aquā. i. gl.

Jacob autē genuit ioseph virū ma-  
rie. xxvij. q. ij. c. genuit. ⁊. c. cū ergo. ibi  
filiū genuit. xxij. q. v. c. si paulus. in v.  
thalamū.

Cū esset despōsata m̄f iesu maria io-  
seph anq̄ puenirēt in uēra ē i vtero ha-  
bēs de spūs sancto. xxvij. q. ij. c. iuxta. i.  
fi. c. priusq̄. c. inuēta. c. genuit. de v. si/  
gn. c. iij. ⁊. Lu. ij.

Ioseph autē vir eius cū esset iustus  
⁊ nollet eaz traducere. occulte voluit  
dimittere eā. ij. q. j. c. si peccauerit.

Ecce angel⁹ dñi in somnis apparu-  
it ei dicēs Ioseph fili dauid noli time

re accipere mariā coniugē tuā. xxvij. q.  
ij. c. qui despōsata. ⁊. c. iuxta. in fi. ⁊. c.  
genuit. ⁊. c. priusq̄.

Et accepit coniugē suā ⁊ nō cognosce-  
bat eā donec peperit filiū suū primoge-  
nitū. p. c. genuit. i. glo. ⁊ de v. sig. c. v.

Ca.

.ii.

Cū nat⁹ esset iesus in bethleem Ju-  
de i diebus herodis regis. ecce magi  
ab oriēte venerūt hierlm dicētes vbi  
est qui natus est rex iudeoz.

Quidam stellā ei⁹ i oriēte ⁊ venim⁹  
adorare eū. seq̄t. ⁊ ap̄t thesaur⁹ suis  
obtulerūt ei munera aurū thus ⁊ mir-  
rhā. de p̄se. di. ij. c. reuera. an fi. c. i. qb?  
in fi. di. iij. c. fi. cū gl. ⁊. c. j. cū gl. ⁊. xxxv  
q. x. c. j. de sepul. c. j. i. glo. ⁊. xxxvj. di. s.  
h̄ ecōtra. xxvj. q. ij. c. agit. in fi.

Ecce angel⁹ dñi apparuit in sōnis  
ioseph dicēs. surge ⁊ accipe puerū et  
m̄ez ei⁹ ⁊ fuge in egyptū. futurū ē enī  
vt herodes q̄rat puerū ad pdēdū euz  
vij. q. j. s. hec. tūc. ⁊. c. sciscitar⁹. xxij. q.  
i. j. c. j. ⁊ ar. de pe. di. iij. c. auctoritas. in  
fi. vbi sit mentio de herode.

Uox i rama audita ē plorat⁹ ⁊ vlula-  
tus Rachel plorās filios suos ⁊ nolu-  
it p̄solari. q̄ nō sūt sup̄ a. Hierē. iij. et  
xxj.

Ca.

.iii.

In diebus illis venit Iohānes ba-  
ptista p̄dicās in deserto. lxxvij. di. ca.  
hoc regulare. Lu. iij.

Idententiā agite appropinquabit  
enī regnū celoz. xxij. q. iij. s. ex his  
oib⁹. xxij. q. ij. c. audim⁹. de pe. d.  
j. c. agite. in glo. ⁊. c. deniq̄. in fi. d̄ p̄se.  
di. iij. c. nō regenerabunt in. ij. glo. de  
cele. mis. cum marthe. s. ceterū. ibi. p.  
mittit. ⁊. c. Eccl. xvij.

Uox clamātis i deserto parate viā  
dñi. p. c. nō regenerabunt. ⁊. Iohā. c. j.  
Mar. j. Esa. xl.

Tunc exibat ad eū hierosolyma et  
ois iudea ⁊ baptisabant ab eo i iorda

ne cōfidentes peccata. de pe. di. j. c. de/  
niq. v. in euangelio. j. q. j. ca. dedit. de  
confe. di. iij. c. aliud. Lu. iij. Jo. iij.

Qui autē post me venturus ē for/  
tior me est cuius non sum dignus cal/  
ciameuta portare. Joh. j.

Ipse vos baptisabit in ipiritusan/  
cto ⁊ igni. xix. di. c. scdm.

Cuius vētilabrū in manu sua ⁊ per  
mūdabit areā suā ⁊ congregabit triti/  
cum ī horreū. paleas autē p̄buret igni  
inextinguibili. Lu. iij.

Tūc venit iesus a galilea in iorda/  
nem ad iohānem vt baptisaret ab eo.  
lxxxvij. di. c. p̄sbyter. xcy. di. c. ecce. in  
fi. j. q. j. c. dedit. Ahar. j.

Johānes autē p̄hibebat eū dicens  
ego a te debeo baptisari ⁊ tu venis ad  
me. R̄ndēs autē iesus dixit. Sine mō  
Sic enī decet nos implere oēm iustici  
am. de p̄se. di. iij. c. p̄ aquā. de sum. tri.  
c. dānam. in prin. de cele. mis. c. i. qua/  
dam. in glo. de bap. c. debiti.

Baptisat⁹ autē iesus p̄festim ascen/  
dit de aqua. ⁊ ecce aperti sunt celi ⁊ vi/  
dit sp̄m dei descēdentē sicut colūbam  
⁊ venientē sup se. ⁊ ecce vox de celo vi/  
dens. hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹. p̄. c. p̄ aquā  
de pe. di. ij. c. querendū. in glo. j. de cō/  
fē. di. iij. c. fi. xix. di. c. scdm. p̄. c. dāna/  
mus. in prin. ⁊ p̄. c. in quadā. in glo.

Ca. .iii.

Tunc iesus ductus est in desertū a  
sp̄i vt temptaret a diabolo. ⁊ cum ie/  
iunasset. xl. diebus. ⁊ xl. noctibus po/  
stea esuriit. de conse. di. v. l. quadrage/  
sima. xxxvij. di. c. siquid. in glo. si. in fi.  
Ahar. j. Lu. iij.

Nō in solo pane viuit hōmo sed in  
omni verbo qd̄ p̄cedit ab ore dei. de  
offi. ordi. c. inter cetera. s. Deut. viij.

Nō tēptabis dñm deū tuū. ij. q. v.  
in sū. ⁊. c. monomachiā. xxij. q. ij. c. q̄rit  
xxij. q. fi. c. si nulla. de purga. ca. c. fi. s.  
Deut. vj.

Domini deū tuū adorabis ⁊ c. xxvj  
q. v. c. nec mirū. an. fi. in tex. s. Exo. xx.  
Deut. vj. ⁊. x. Apoc. xv.

Tūc reliquit eū diabolus ⁊ acces/  
serūt angeli ⁊ ministrabāt ei. xij. q. j. c.  
exēplū. Ahar. j. Job. iij. ⁊. iij.

Exinde cepit iesus p̄dicare. lxxxvij.  
di. c. p̄sbyter. ⁊. c. sequēti. in prin.

Penitentia agite. s. c. iij.

Venite post me faciā vos fieri pis/  
catores hoīuz. xxij. q. iij. ca. q̄s vos  
p̄d. ibi. solo verbo vocasset. ⁊. q. vj. c.  
j. ⁊. q. fi. c. sepe. ibi. electi sūt. ⁊. xxij. q.  
j. c. q̄m. in v. inuidia. in glo. xxxv. q. j.  
c. sic itaq. ibi. de plebe iudaica ap̄s  
elegit. lxxxvj. di. c. esau. an. fi. Ahar. j.  
Lu. v. ⁊. viij.

At illi scz pet⁹ ⁊ andreas cōtinuo  
relictis retibus secuti sunt euz. j. q. j. c.  
verum.

Scntiū populus qui ambulabat ī  
tenebris vidit lucem magnam habi/  
tātibus in regione vmbre mortis lux  
orta est eis. de peni. di. iij. ca. adhuc in  
stant. s. Esa. ix.

Ca. .v.

Vidēs autē iesus turbas ascēdit in  
mōtē ⁊ ap̄iens os suū docebat. xxxix.  
di. c. j. ⁊. ij. q. vij. s. Itē obijct. i. v. do/  
ceret. xxvij. q. j. c. sceni. circa med. ibi  
exponēs sermonē dñi. Lu. vj.

Beati paupes sp̄i qm̄ ip̄sōrū ē re/  
gnū celozū. Beati mites qm̄ ip̄i possi/  
debūt terrā. Beati misericordes qm̄  
ip̄i misericordiā p̄sequēter. xxij. q. iij.  
s. ex his oibus. ⁊. c. p̄cepta. ibi. miseri/  
cordes esse monemur. ⁊. q. vj. s. ex his  
in v. pauperi. p̄. s. d.

Beati qui lugēt qm̄ ip̄i cōsolabū/  
tur. de pe. di. j. c. sicut.

Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiā  
de pe. di. ij. c. querendū. de p̄se. di. ij. c.  
acceserunt. in fi.

Beati pacifici qm̄ filij dei vocabū/  
tur. xxij. q. j. c. noli.

# Mattheus

Beati q̄ p̄secutionē patiūt p̄pter  
iusticiā. xliij. di. c. scim⁹. xxij. q. iij. c. si  
ecclia. q. v. c. ad fidez. xxiiij. q. j. c. a re-  
cta. de pe. di. ij. c. q̄rēdū. de renū. c. nisi  
s. vez. z. j. Petri. iij.

Beati estis cū maledixerit vobis  
hoīnes. xliij. di. c. sacerdotes. xxij. q.  
iij. p. c. quia christus.

Gaudete z exultate qz merces v̄ra  
copiosa est in celis. j. q. j. c. teneam⁹. et  
xxij. q. iij. p. c. qz christus.

Vos estis sal terre. p. c. sacerdotes  
z. xxij. q. j. c. qm̄. A. Barc. ix. Lu. xiiij

Qd̄ si sal euauerit in quo saliet ad  
nihilū valet vltra nisi vt mittat foras  
z p̄culcet ab hoībus. ij. q. vij. c. nō om-  
nis. iij. q. vij. c. fi.

Vos estis lux mūdi. p. c. quoniam  
A. Bar. iij. Lu. viij. z. xi.

Sic luceat lux v̄ra coraz hoīb⁹ vt  
videant opa vestra bona z glouificēt  
patrē vestrū q̄ i celis ē. xij. q. ij. c. quat-  
tuor. Roma. xij.

Nō veni soluere legē sed implere. d̄  
confe. di. iij. c. prope. in fi. xij. Luce.  
xvi.

Nota vnū aut vn⁹ apex nō p̄teribit  
a lege donec omnia fiant. xv. di. c. fi. v̄.  
Itē epla beati leonis. xl. di. c. j. in gl.  
in. v. apex.

Dico aut̄ vobis nisi abundauerit  
iusticia vestra plus q̄ scribarū v̄l phā-  
riseorū nō intrabitis in regnū celozū.  
de cōse. di. iij. c. nō dubito. in fi.

Amen quippe dico vobis. d̄ iurū-  
ran. c. etsi christus.

Qui aut̄ dixerit fratri suo racha re⁹  
erit cōcilio. lv. di. c. fi. de pe. di. j. c. ho-  
micidiorum. in fi. in glo. et. c. homici-  
dium.

Qui aut̄ dixerit fatue re⁹ erit gehē-  
ne ignis. ibidē. d̄ heret. c. cū ex iniun-  
cto. in fi.

Et vade prius recōciliari fratri tuo.

z tūc venies offeres mun⁹ tuū. lxxxvij  
di. c. quando in glo. Leuit. xxij. Eccl.  
xxxv. Deut. xv. A. Salach. j. Lu. ij.

Audistis qz dictū est antiquis nō  
mechaberis. ego aut̄ dico vobis qm̄  
oīs qui viderit mulierē ad p̄cupiscē /  
dum eam. iam mechatur ē eā in corde  
suo. xxij. q. v. c. sicut enī. ca. si paulus  
c. qui viderit. z. ij. q. vij. c. non solum.

Qd̄ si oculus tu⁹ dexter scādalisat  
te erue eū z p̄ijce abs te. xxiiij. q. iij. c.  
illud. xxviij. q. j. c. vxor. in fi. infra. c.  
xyij.

Nō piurabis. xxij. q. j. c. habemus  
zē. ibi in euangelio p̄hibet zē.

Beddes aut̄ dño iuramēta tua. xxij  
q. j. c. si p̄ctm̄. q. iij. c. necesse. z. xxvij. q.  
j. c. si in glo. de iuraturā. c. etsi christ⁹.

Sit aut̄ p̄mo v̄r. est est. nō nō. qd̄ aut̄  
his abundantius est a malo est. ij. q. v  
c. ij. z. xxij. q. j. c. j. z. c. ita ergo. z. c. et iu-  
rabūt. c. si peccatū. q. v. c. si. de elec. c. si  
gnificasti. z. in. c. etsi christus.

Ego aut̄ dico vobis nō resistere ma-  
lo. xxij. q. iij. qui peccat. et. c. his. j. q.  
v. c. de occidendis.

Oculū pro oculo. dentē pro dēte.  
supra Leuit. xxiiij. Exo. xxi. Deut.  
xix.

Ego aut̄ dico vobis nō iurare neqz  
per celū. qz thronus dei est. neqz p̄ ter-  
ram quia scabellū peduz est. neqz per  
hierusalem quia ciuitas regis magni  
est. neqz p̄ caput tuū iuraueris qz non  
potes vnū capillum albū facere v̄l ni-  
grū. xxij. q. j. c. considera. et. d̄ hinc eccl.  
et. p. c. etsi christus.

Si q̄s te p̄cusserit in dextrā maxil-  
lam prebe ei et alteram. j. Lu. vj.

Etenī qui vult tecū in iudicio cōtē-  
dere z tunicā tollere. dimitte ei et pal-  
lium. xiiij. q. j. c. j.

Et q̄cūqz te angariauerit mille pas-  
sus ire vade cū illo alia duo. xxiiij. q. j.

**Cj.**  
Audistis qz dictū est. Diliges pro  
ximū tuū z odio habebis inimicū tuū.  
ego autē dico vobis diligite inimicos  
vestros. benefacite his qui oderunt  
vos. orate pro persequentibus et ca/  
luminātibz vos vt sitis filij patris ve  
stri q̄ in celis est. qui solem suū oriri fa  
cit sup bonos z malos. z pluit sup ius  
tos z iniustos. si autē diligitis eos q̄  
vos diligūt quā mercedē habebitis.  
nōne z publicani z ethnici hoc faciūt  
xxij. q. iij. c. cū in lege. et s̄. p. c. p̄ce/  
pta. z. c. ea vindicta. q. v. c. si audieris  
in fi. ibi. verbis hortat̄ ē. xxv. q. j. s̄.  
bis ita. ibi cōmutans est. xxij. q. iij.  
post. c. tecū. z. c. sed qui. i. prin. xxvij.  
di. c. si. de peni. di. iij. c. intantū. s̄ cō  
se. di. iij. c. nec quēq̄. circa medium.  
xxij. q. iij. c. sex. de rescrip. c. sedes in  
prin. in glo. f. Luce. c. vj. Leuit. xix.  
Bo. xij. Act. vij.

Estote ergo p̄fecti sicut z p̄f̄ v̄f̄ cele  
stis p̄fecti ē. de sum. tri. c. dānamus.

**Ca. VI.**

Amen dico vobis receperūt merce  
dem suā. de peni. di. iij. c. cauendum.  
Tu autē cū oraueris intra in cubicu  
lum tuū z clauso ostio ora patrē tuū  
in abscondito. xij. di. c. passimonia. in  
glo. z p̄ Jo. An. de. relt. c. vnico. i. fi.  
in de.

Et pater tuus q̄ viderit in abscondito  
reddet tibi. xj. q. iij. c. audi.

Sic ergo orabitis. Pater noster q̄  
es in celis. xj. q. iij. c. cū aliqs. xij. q. iij.  
c. q̄ abstulerit. de peni. di. iij. de quo/  
fidians. xxix. q. iij. c. j. c. si semia. Lu.  
xj. Bo. viij. f. xxvj.

Sanctificet nomē tuū. xj. q. iij. c. ve  
qui dicitis. in glo.

Adueniat regnū tuū. ar. xxij. q. v.  
c. oīuz. vij. q. j. c. sciscitar. xxij. q. j. c.  
fi. in prin.

Fiat voluntas tua sicut in celo et i ter  
ra. xij. q. iij. c. q̄ p̄posterū. de cōse. di.  
ij. c. in calice. de renū. c. nisi. s̄. porro.

Panem nostrū quotidianū da no  
bis hodie. p̄. c. in calice. in fi. z p̄ Jo.  
An. p̄. c. vnico. in fi.

Et dimitte nobis debita nra. p̄. c. i  
calice. z de pe. di. j. c. tres sūt. z. ij. c. se  
em. v. petrus. z. di. iij. c. de quotidianis.  
z. c. adhuc instat. in fi. de cōse. di. ij. c.  
iterat. Albar. xj.

Sicut z nos dimittim⁹ debitorib⁹  
nris. de p̄se. di. ij. c. panē. de pe. di. iij.  
c. dicit dñs. z p̄. c. de quotidianis. z p̄  
v. petrus. z. c. in calice.

Et ne nos inducas in temptationē  
p̄ Arch. s̄ p̄bē. c. si pauper. li. vj. ar. de  
pe. di. iij. c. in salicibus. in fi.

Sz libera nos a malo. xxij. q. j. c. ita  
ergo. et facit ad oīa p̄cedētia. xxij. q.  
v. c. si audieris. ibi. verbis hortat̄ est.

Orantes autē nolite multū loq̄. per  
Jo. an. p̄. c. vnico. in fi.

Cū autē ieiunatis nolite fieri sicut hy  
pocrite tristes. in glo. in. v. ieiunium.

Tu autē cū ieiunas unge caput tuū  
z faciem tuam laua. de sacra vnct. c.  
vnico.

Nemo p̄t duobus dñis seruire.  
xxvj. di. c. acuti. xxj. q. c. j. de pe. di. j.  
p̄. c. resuscitat. di. ij. c. romanos. z di.  
v. c. j. an. medi. de regu. c. an. penul. in  
glo. de apost. c. quidaz. in. glo. f. Lu.  
xvj.

Querite ergo primū regnū dei et  
iusticiā eius. per Jo. An. p̄. c. vnico i  
fi. Luce. xij.

Nolite ergo solliciti esse in crastinū  
xij. q. j. c. habebat.

**Ca. VII.**

Nolite iudicare z non iudicabim⁹  
In quo em̄ iudicio iudicauerit iudi  
cabim⁹. ij. q. j. c. de. f. Lu. vj. Albarci  
iij. Bo. xij. j. Ebor. iij. Jaco. iij.

# Mattheus

Et in qua mēsurā mēsi fueritis re-  
meret vobis. de accusa. c. qualiter.

Quid autē vides festucā in oculo  
fratris cui ⁊ trabē in oculo tuo nō vi-  
des. sequitur. Eijce primū trabem de  
oculo. i. q. j. c. multi. in prin. iij. q. vij. s.  
idē testatur. xxxij. q. xi. in prin. de sta.  
mo. c. si. in glo. primo. n. est d. vsu. c. qz  
frustra. in glo. i. Luce. vij.

Nolite sanctū dare canibus. neqz  
mittat margaritas vestras ante por-  
cos. xliij. di. c. ij. ⁊. xj. q. iij. c. nolite. i. et  
c. quādo. xxij. q. iij. c. quidā. xxij. q.  
j. c. qz ex sola. de pe. di. j. c. nōnulli. di.  
c. si quis preposterā. ibi. domini prece-  
pta. i. xv.

Idetite et dabit vobis. querite ⁊ i-  
ueneritis. pulsate ⁊ aperietur vobis. p  
Arch. de pba. vj. li. in prin. i. Lu. xj.  
Roma. x.

Omnia ergo quecūqz vultis vt vo-  
bis faciāt hoīes ita ⁊ vos facite illis.  
Hec enī est lex ⁊ pphete. j. di. in prin.  
xij. di. c. omnia. xij. di. c. licet. j. ⁊. l. di. c.  
pōderet. i. prin. ij. q. j. c. j. q. vj. c. decre-  
to. in. si. vj. q. j. c. oues. x. q. j. c. placuit.  
xij. q. j. s. his ita. in. si. xxxij. q. iij. c. di-  
xit sara. in. ij. glo. s. Thobie. iij. Luc.  
vj. Gal. v. Lu. xij.

Quam angusta porta ⁊ arcta via q̄  
ducat ad vitā. et pauci sūt qui inueni-  
unt eā. de pe. di. ij. c. cūctus i verbo an-  
gustam. in glo.

A fructibus eorū cognoscetis eos  
de regu. iij. c. ij.

Omnis arbor que nō facit fructuz  
excidet. xvj. q. j. c. alia. ar. xxxij. q. iij.  
s. sed qui. ibi. nō inueniens fructū in  
ficu. s. de deci. c. q̄uis.

Nō oīs qui dicit mihi dñe domine  
intrabit in regnū celozū. p. Suid. xj. q.  
iij. c. qui omnipotentem. in. v. contra  
euangelium. iij. Esdre. vij. Lu. vj.

Abuli dicet mihi in illa die domi-

ne dñe nōne in nomine tuo ppheta-  
uimus. sequitur ⁊ tūc confitebor illis  
qz nunq̄ noui vos. j. q. j. c. pphetauit  
xj. q. iij. c. ij.

Erat enī docēs eos sicut potestātē  
habēs. xv. q. j. s. his ita. in prin.

Ca. VIII.

Et ecce leprosus veniēs adorabat  
eum dicēs. dñe si vis potes me mūda-  
re. ⁊ extēdēs iesus manū tetigit eū di-  
cens. volo mundare. ⁊ cōfestim mun-  
data est lepra ei. ⁊ ait illi iesus. vade  
⁊ ostēde te sacerdotibz ⁊ offer munus  
tuū qd̄ pcepit moyses in testimonium  
illis. xliij. di. dñs. de pe. di. j. s. hoc idē  
v. hinc etiā dñs. ⁊. c. quem penitet. in  
v. precepit. et. c. deniqz. v. leprosus.  
di. ij. c. adhuc instāt. et. di. vj. c. j. post  
prin. ⁊. j. q. j. c. nonne. xv. q. j. c. his ita  
in prin. i. Luce. v. ABar. j.

Et respōdens centurio ait illi: Do-  
mine non sum dignus vt intres sub  
tectum meum. xxij. q. j. c. noli. de con-  
secra. di. ij. c. quotidie. i. Lu. vij.

Filij autē regni eijcient in tenebras  
exteriores ibi erit fletus ⁊ stridor den-  
tium. xxxv. di. s. ecclie. c. j. xxij. ⁊. c. xxv.

Alius autē discipul⁹ ei⁹ ait illi. dñe  
permitte me primo ire et sepelire pa-  
trem meū. Iesus autē ait illi. seque-  
re me ⁊ dimitte mortuos sepelire mor-  
tuos suos. de peni. di. j. s. deniqz. v. in  
euangelio. xxij. q. iij. c. obtineri. in gl.  
i. Luce. c. ix.

Et cū venisset iesus trās fretuz oc-  
current ei duo habentes demonium  
et clamauerunt dicētes. qd̄ nobis et tū  
bi Iesu fili dei venisti buc an tēp⁹ tor-  
quere nos. xxxvij. di. c. siqd̄. v. j. i. glo.  
ABar. v. Lu. vij.

Ca. IX.

Lūc ait paralytico. Surge tolle le-  
ctum tuū et vade in domuz tuā. ⁊ sur-  
rexit et abiit in domum suā. p̄ce. v. in  
s. ij

euāgelio. et de peni. di. iij. c. pductor  
in. v. emendationē. et. c. adhuc instāt.  
f. Luce. v.

Et cū trāsisset inde iesus vidit homi  
nem sedentem in teloneo Matthēuz  
nomine et ait. sequere me. et surgēs se/  
cutus est eū. j. q. j. c. veruz. q. vij. c. ij. in  
v. raro. et i. tex. i. v. telonarios. A Phar.  
ij. Lu. v.

Et vidētes pharisei dicebant disci  
pulis eius. quare cū publicanis et pec  
catoribus māducat mgī vester. Et ie  
sus. audiēs ait. nō est opus valētib⁹  
medicis sed male habentib⁹. Euntes  
autē discite. qd est misericordiā volo et  
nō sacrificium. nō em veni vocare iu/  
stos s; peccatores. ij. q. j. c. multi. f. Lu  
ce. v. A Phar. ij.

Quare nos et pharisei ieiunam⁹. di  
scipuli autē tui nō ieiunant. Et ait illis  
Iesus. nūqd possunt filij spōsi lugere  
qdm cū illis est spōsus. venient autē  
dies cū auferet ab eis spōsus et tūc iei  
unabunt. lxxvij. di. c. ieiunium in fi. f.  
xy. A Phar. ij. / . vij. Lu. v.

Et ecce mulier q fluxū sanguinis pa  
tiebat duodecim annis accessit retro  
et tetigit fimbriā vestimenti eius. seq/  
tur. Et salua facta est mulier ex illa ho  
ra. v. di. c. ad eius. de pe. di. iij. c. anter  
hec hircū. j. in fi. A Phar. v. Lu. viij.

Et cū venisset Iesus in domū prin  
cipis dicebat. nō est mortua puella s;  
dormit. sequit. Et dixit puella. Surge  
et surrexit puella. de peni. di. j. s. deniq;  
v. in euāgelio. ibi. legitur suscitasse.  
et. ar. xxx. di. c. penult. in fi. f. A Phari.  
v. Act. ix.

Et trāsente inde secuti sunt eū duo  
ceci clamātes et dicētes. Misereere no  
stri fili dauid. sequitur. Tunc tetigit  
oculos eorum et aperti sunt. p. v. i. euā  
gelio. ibi alios illuminasse. d. pe. di. iij.  
c. adhuc instāt. post prin. f. Lu. xvij

et. f. A Phar. xx.

Egressis autē illis ecce obtulerit  
ei hoīem mutum demonium habentē  
et eiecto demonio locutus est mutus.  
de peni. di. iij. c. sūt plures. f. Lu. xj.

Tunc dicit discipulis suis. messis q  
dem multa. operarij autē pauci. Ro  
gate ergo dominum messis vt mittat  
operarios in messem suam. xxi. di. c. in  
uouo. f. Lu. x.

Ca. X.

Quode. in discipulorum noīa sunt  
hec. Iohānes et Andreas frat ei⁹. Iohā  
lippus et Bartholome⁹ et Matthē⁹  
publican⁹. Jacob⁹ albei et Thade⁹  
Simō chananeus et Judas schario/  
thes q et tradidit eū. Hos duodecim  
misit iesus dicēs. In viā gētiū ne abi  
eritis et in ciuitates samaritanoruz ne  
intraueritis. s; pot⁹ ite ad oues q peri  
erūt dom⁹ israel. Euntes autē predi  
cate qz appropinquauit regnū celoz.  
xxi. di. s. j. lxxvij. di. c. cor. episcopi. ij.  
q. vij. c. qualis. c. accusatio. ij. in fi. viij  
q. v. c. vnico. ibi ordinate. d. p. se. di. iij  
aliud. ibi. inter discipulos erat Judas  
lxxvij. di. s. hoc reglare. ibi. et cū alijs  
et. j. q. j. c. dedit. in princ. et. c. dñs. in. ij.  
glo. c. significasti. c. xps. ij. q. j. nihil. c.  
de manifesta. xxij. q. iij. c. ij. et. ij. c. q  
magnū. ante. c. si quis. et ibidē. et. xxxv  
q. j. s. hac itaq; ibi. d. plebe iudaica do  
min⁹ apostolos elegit. et. vij. q. j. s. cuz  
ast. ibi. q. deus admissus est. et ibi ad  
predicandum misit. xij. q. j. c. exemplū  
de peniten. di. iij. in princ. v. si iudas  
vij. q. j. c. deniq; et pre. c. aliud. in glo.  
xxij. q. si. c. legi. ibi. simon chanane⁹.  
f. Act. j.

Gratis accepistis gratis date. j. q. j.  
c. gratia. i. glo. fi. et. c. baptisandis. c. qe  
quid. c. placuit. vt de. c. emēdari. c. di  
ctū est solere. c. quibusdam. c. sunt non  
nulli. xij. q. ij. c. in ecclesiastico. de ma/

# Mattheus

gilt. c. ij.

Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris non peraz in via. neque duas tunicas. neque calciamenta. neque virgam. xj. q. iij. c. ira. xx. q. iij. c. presens. Lu. ix. z. x. Mar. vj. Mat. xx.

Dignus est operarius cibo suo. in fra. c. x.

In quacunque ciuitate vel castellum intraueritis interrogate quis in ea dignus sit et ibi manete. Intraentes autem in domum salutate dicentes Pax huic domui. xliij. di. c. ij. z. xij. q. j. s. bis ita ante. xliij. q. j. c. j. ar.

Et quicumque non receperint vos exentes foras de domo vel de ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris. xliij. q. j. c. que dignior. Lu. ix. Mar. vj.

Amen dico vobis tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam illi ciuitati. j. q. j. c. none.

Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut colubae. xxxvj. di. s. ecce. vj. q. j. c. ex merito. xvj. q. j. c. si cupis. Lu. x.

Qui autem perseuerauerit usque in fine saluus erit. c. xliij.

Cum autem persequuntur vos in ciuitate ista fugite in aliam. vij. q. j. c. sicut alteri. et. c. hoc tunc. et. c. sciscitaris. xxij. q. iij. c. j.

Non enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. ar. de consecra. di. iij. ca. cathedra cuminum.

Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine. et quod in aure auditis predicare super tecta. xj. q. iij. c. nolite timere. c. de heresi. c. ch. ex iniuncto. infra Lu. ce. xij.

Et nolite timere eos qui corpore occi-

dunt animam autem non possunt occidere. p. c. nolite timere. z. xliij. q. vij. i. prin. xxxj. q. ij. c. lotharius. xxij. q. ij. c. nequis. in prin. Lu. xij.

Omnes ergo qui confitebitur me coram hominibus. confitebor et ego eum coram patre meo. de peni. di. iij. c. ad hoc instat. xj. q. iij. c. exterminant. d. sacra vnc. c. vnico. ante si. infra Lu. xij. Mar. viij.

Non veni pacem mittere in terram. sed gladium. xxxij. q. ij. c. inter hec. Lu. ce. xij.

Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. lxxij. di. c. in nomine patris.

Ca. XI.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. xxj. q. iij. c. j.

Ecce mitte angelum meum. s. Malach. c. iij. Mar. j. Lu. vij.

Omnes enim prophete et lex usque ad Iohannem prophetauerunt. de pe. di. ij. c. si enim. v. paulisper. Lu. xvj.

Et si vultis recipere ipse est Iohannes qui venturus est. ipse. s. Iohannes baptista. xxj. q. ij. c. si. ibi. xps Iohanne dixit Iohannem. z. c. xvij. z. Lu. j.

Venit enim Iohannes neque manducans neque bibens. et dicunt demonum habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicunt. ecce homo verax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. xxxv. di. c. sexto. i. si. xij. di. c. quod dicit. in. j. glo. z. infra Lu. vij.

Ue tibi corozaim. ue tibi bethsaida quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis. olim in cilicio excinere penitentiam egissent. vix tamen dico vobis. tyro et sidoni remisus erit in die iudicii. quam vobis. seqt.

g ij

Terre sodomorū remissius erit q̄ tibi. q. j. c. nonne. xxij. q. iij. c. de thyr̄is. c. nabuchodonosor. cum glo. Lu. ce. x.

Tollite iugū meū super vos et discite a me qz mitis sum et humilis corde. ij. q. vj. c. q̄ scit se.

Iugum enim meū suauē est. et onus meū leue. xxvij. di. c. de his. de statu mona. c. j. c. quia non. in cle. per Johan. In.

Ca. XII.

In illo tēpore abiit Iesus per sabbato. discipuli autē eius esuriētes ceperūt vellere spicas et manducare. Pharisei autē dixerunt. ecce discipuli tui faciūt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit. Nonne legistis qd fecerit dauid quādo esuriit et qui cum eo erant quomodo intrauit in domū dei. et panes ppositōis comedit. quos nō licebat ei comedere neqz his q̄ cum eo erant. sed soluz sacerdotibus. Alut non legistis in lege. qz sacerdotes sabbatis in tēplo sabbatum violabāt et sine crimine sūt. vj. q. iij. c. scriptuz. xxv. q. j. c. his ita. in prin. ibi. christus excusauit apostolos. x. q. j. c. si. de cōsecra. di. v. c. discipulos. p. c. his ita. ibi. et vos in sabbato circūciditis. et d̄ ser. c. licet infra. Marci. v. Luce. vj. et. j. Reguz. xij.

Si autē sciretis quid est misericordiam volo et non sacrificiū. nunq̄ condemnassetis innocentes. de pe. di. j. c. libenter. s. c. ix.

Ecce puer meus quē elegi. ij. q. vij. s. Itē cū balaā. in si. supra. Esaie. xlij.

Tunc oblatus est ei deconium habens cecus et mutus et curauit euz ita vt loqueret et videret. de peni. di. iij. c. sunt plures. Lu. xj.

Omne regnū contra se diuisum de solabitur. xxv. q. j. c. si ea. Lu. ix.

Marci. iij.

Et si in beelzebub eicio demonia. filij vestri in quo eiasit. xxj. di. c. j. r. j. q. j. c. homicidiorum. in si. in glo. et. c. his peccatis.

Qui non est mecum cōtra me est. et qui nō congregat mecum disperget. Luce. xj.

Qui autem dixerit cōtra sp̄m sanctum blasphemā nō remittet ei neqz in hoc seculo neqz in futuro. xxv. di. c. qualis. d̄ peniten. di. j. c. potest etiam. et. c. peccatis. in. j. glo. infra. Marci. c. iij. Luce. xij.

Dico autē vobis qz omne verbum occisum qd locuti fuerint hoines red. dent rationez de eo in die iudicij. xxv. di. s. alias. in si. xxij. q. v. c. quotiens. xxij. q. iij. c. questum. in si.

Ex verbis enim tuis iustificaberis et ex verbis tuis condemnaberis. xxj. di. c. nunc autē. vj. q. j. c. ex merito. ibi. sua sententia iudicabunt.

Viri niniuite surgēt in iudicio cum generatione ista et condēnabunt eam qz penitentiā egerūt in p̄dicatione Ione. ij. Lu. xj.

Regina austri. qz venit a finibz terre audire sapientiā Salomonis. d̄ penitē. di. iij. c. niniuite. ibi. niniuitas dominus in euāgelio cōmendabat. viij. q. j. c. vereor. r. ij. Marali. c. ix. r. iij. Regū. x. Lu. xj.

Reuertar in domū meam vnde exiui. d̄ peni. di. iij. c. reuertar. infra. Luce. xj. c.

Ca. XIII.

Et dabant fructū aliud centesimūz aliud sexagesimū. aliud tricesimū. Mar. iij. Lu. viij.

Cum autē dormirent homines venit inimic⁹ eius et superseminauit zizania. sequit. Inimic⁹ homo hoc fecit de elec. c. licet. deuitanda.

# Mattheus

His imus et colligim<sup>9</sup> ea. et ait nō.  
ne forte colligētes zizania eradicetis  
siml<sup>9</sup> et triticū. sinite utraq<sup>3</sup> crescere vs-  
q<sup>3</sup> ad messem. et in tēpore messis dicā  
messoribus. colligite primū zizania et  
alligate ea i fasciculos ad conburēdū  
triticum congregate in horreum meū  
xxiij. q. iij. c. j. q. iij. c. quantus. c. qui/  
dam. et. xxiij. q. iij. c. notandum. j. q. j.  
c. multi. xj. q. iij. ante. c. nolite. et. j. q. j.  
c. dominus. in. ij. glo. et. xxv. q. ij. c. si.  
in. fi.

Quā cū impleta esset educentes et  
secus litus sedentes. elegerūt bonos  
in vasa. malos autē foras miserūt. sic  
erit in cōsumatōe seculi. p. c. multi. ibi  
vl<sup>9</sup> inter alia illa retia. et. xxiij. q. vij. c.  
j. in. fi. xxiij. q. j. c. quisquis. Apocal.  
xxij.

Nonne hic est fabri filius. xxiij. q. j.  
c. quoniam. in. v. in. glo. Mar. vj. Lu-  
ce. iij. Job. vj.

Non est ppheta sine honore nisi in  
patria sua. et si fecit ibi vtutes ppter i  
credulitatem eorum. j. q. j. post. c. pau-  
litaniste. et. c. opponitur. Luce. c. iij.  
Mar. vj. Job. iij.

Ca. XIII.

Herodes tenuit Jobānē et alliga-  
uit euz. dicebat em̄ illi Jobānes. non  
licet te habere eā. s. herodiadem vxo-  
rem fratris tui. xxvj. di. s. fi.

Die aut natal<sup>9</sup> herodis. saltavit fi-  
lia herodiadis i medio. et placuit he-  
rodi. vñ cū iuramēto pollicat<sup>9</sup> ē ei da-  
re qd cūq<sup>3</sup> postulasset ab eo. et illa pre-  
monita a m̄re sua. Da mihi inqt i dis-  
co caput Jobānis baptiste. Et cōtri-  
stus est rex ppter iusurandū. xxiij.  
q. iij. c. ij. c. vnusq<sup>3</sup>sq<sup>3</sup>. c. actione. s. ho-  
mici. c. iij. Mar. vj.

Naucula autez iactabatur in me-  
dio maris fluctib<sup>9</sup>. j. q. iij. c. his itaq<sup>3</sup>.  
circa finem. ver. turbatur. et. xxiij. q.

j. c. non turbatur.

Quarta autez vigilia noctis venit  
ad eos ābulās supra mare. xxvij. di.  
c. si quid. ver. j. in. glo. Mar. vj. Jo-  
han. x.

Ca. XV.

Quare discipuli trāscediunt tra-  
ditiones seniorū. nō em̄ lauant man<sup>9</sup>  
suas cum panem manducant. Ipe au-  
tem respōdēs ait. quare et vos trans-  
cedimini mandatū dei ppter tradi-  
tionē vestrā. sequit<sup>9</sup>. Ips<sup>9</sup> hic labijs  
me honorat. cor autē eorum longe ē a  
me. sine causa autē colūt me. docētes  
et mādata hominum. viij. di. c. finali.  
xij. di. c. omnia. p. doct. s. Esai. xxix.  
Mar. vj. s. ix.

Non quod intrat in os coīnquat ho-  
minē. sed quod pcedit ex ore hoc co-  
inquinat hominē. Lunc accedentes  
discipuli eius dixerūt. Scis qz phari-  
sei audito hoc verbo scādalizati sunt.  
sequit<sup>9</sup>. Simite illos. ceci sunt et duces  
eorū. cecus autem si ceco ducatū pre-  
stet ambo in foueam cadunt. sequitur  
q aut pcedūt de ore. sequit<sup>9</sup>. de corde  
exerūt cogitatōes male. adulteria. for-  
nicationes. furta. falsa testimonia. blas-  
phemie. hec sūt que coīnquāt homi-  
nem. Non lotis autez manibus mādu-  
care nō coīnquat hominē. xj. q. iij. c. in-  
ter verba. cū glo. de renun. c. nisi. s. p  
gravi. de voto. c. magne. xxvij. di. s.  
fi. xxxvij. di. c. que ipsi. j. q. j. s. oppo-  
nitur. ante. fi. de pe. di. vj. c. j. in. prin. s.  
renun. c. post translationē. post. s. cete-  
rum. xxv. q. v. s. j. in. fi. c. finge. de ho-  
mici. c. sicut dignum. in. prin. in. glo. s.  
Mar. vj. et. Lu. vj.

Non sum missus nisi ad oues q peri-  
erunt domus israel. ij. q. vij. s. ecce p<sup>9</sup>  
c. testes. de pentien. di. j. c. impdrtuna.  
Luce. xix.

Non est bonū sumere panem filio.  
s. iij

rum et mittere canibus. xvj. q. j. c. si cu  
pis. in fi. Et de cananea. p. c. importu  
na. et de pe. di. vj. c. j. Ahar. vij.

Et ascendens in montem sedebat ibi.  
et accesserunt ad eum turbe multe habentes  
secum multos et claudos. cecos. debiles  
et alios multos. et curavit eos. ij. q. vij. s.  
